



Problema 7. Propositio 12.

Super datam rectam lineam infinitam, à dato puncto, quod in ea non est, perpendicularem rectam deducere.




Theorema 6. Propositio 13.

Cùm recta linea super rectam consistens lineam angulos facit, aut duos rectos, aut duobus rectis æquales efficiet.




Theorema 7. Propositio 14.

Si ad aliquam rectam lineam, atq; ad eius punctum, duæ rectæ lineæ non ad easdem partes ductæ, eos, qui sunt deinceps, angulos duobus rectis æquales fecerint, indirectum erunt inter se ipse rectæ lineæ.



Theorema 8. Propositio 15.

Si duæ rectæ lineæ se mutuò secuerint, angulos, qui ad verticem sunt, æquales in ter se efficient.



Theo-